

Responsa
Suorum in dy.
Larum facul.
Lutum juri-
dicarum et
mior ... juia
unelli de
programmata
Laurenti Lea-
rentiui ...









RESPONSA

23.

DUARUM INCLYTARUM

FACULTATUM

JURIDICARUM,

ET

UNIUS PRIMARII JURISCONSULTI

DE

PROGRAMMATE

LAURENTII LAURENTINI,

Quod is vindicanda fama ac innocentie

Magnorum & celeberrimorum Theologorum

B. DN. D. GEORGII CALIXTI

ET

DN. D. JOACHIMI HILDEBRANDI,

Maledico ac injurioso

ABRAHAMI CALOVII

PROGRAMMATI

opposuit.

*Præmittitur Programma Laurentinianum ipsum, & inseri-
tur Epistola Requisitoria ad laudatas Facultates Juridicas,
cum Indice Calumniarum Calovii.*

HELMSTADI, Sumptibus PAULI ZEISINGII
Bibliop. Helmstadiensis, Anno M DC LXXIX.

21
D. HIERONYMUS Schurpf/


Epistolâ ad Sapientissimum Saxo-

niæ Electorem FRIDERICUM, apud

Luther. Tom. 2. Jen. Germ.

pag. 74.

Dasz sey Gotte geklaget / dasz aus
Wittenberg / da das Heil. Evangelium
aus sonderlichen Gnaden des Allmächtigen
wiederum ans Licht gebracht / solche Verachtung / Ver-
leidungen und scandala des Nächsten / ohne alle Nothdurft
wider Brüderliche und Christliche Liebe
erwachsen sind.





Um superiori æstate D. Abraham
Calovius, edito Programmate novum
inoliti moris sui specimen orbi exhibuisset, nec
veritus esset, Eminentissimum beatæ memoriæ
Theologũ, DN. D. GEORGIUM CALIXTUM,
injuriôsâ *Perniciosi Novatoru* nuncupatione publicè vituperare,
tum & Epitomen illius Theologicam, atque summè Reverendi
DN. D. JOACHIMI HILDEBRANDI Institutiones Sacras per-
stringere; haud diu post, ad reprimendam calumniam tam im-
manem, aliud oppositum Programma fuit, quod hîc oculis
omnium, & quidem non principio ac fine truncum (quo-
modo Calovius deinceps recudifecit) verum integrũ exponitur:

LAVRENTIVS LAVRENTIVS

Svecus, Gymnasiarcha & P.

AVDITORIBVS ET DISCI-

PVLIS SVIS

Felicia omnia precatur,

EOS QVE

AD PRIVATAM

EPITOMES THEOLOGICÆ CALIXTINÆ

ΑΚΡΟΑΣΙΝ

ET PUBLICAM

INSTITUTIONVM HILDEBRANDINARVM

ΔΙΑΣΚΕΠΣΙΝ

INVITAT,

A 2

Quod

QUod à me toties, non dicam petiistis, sed planè flagi-
 taftis, **JUVENES CHARISSIMI**, ut incomparabilis
CALIXTI, Theologorum facile principis, *ἡ vñt ἐν ἀγίοις*, Epi-
 tomen Theologicam, vel gravissimi **HILDEBRANDI**
 Institutiones Sacras, vobis seu publicâ seu privatâ lectio-
 ne denuò elucidarem, ei nunc tandem manum admove-
 bo. Citius equidem & desideriis vestris honestissimis, &
 propriæ vos juvandi voluntati obsecundassem, si per illa,
 quæ superioribus mensibus vobis magnâ sollicitudine
 tradidi, integrum mihi fuisset. Nunc, cum ea ad umbili-
 cum perducta sint omnia, faciam quod virtus & indu-
 stria vestra postulat, vel, ut rectius loquar, jure quodam
 suo imperat. Laudo sanè senile vestrum in juvenili æta-
 te iudicium, qui, me duce, tantorum, quos modò com-
 memoravi, ac similium virorum exquisitissima scripta a-
 liorum ab iis dissidentium paleis ac putaminibus præ-
 fertis, neque patimini ea vobis pro tritico & nucibus,
 aut coelesti mannâ obtrudi. Scitis nimirum, decipi mun-
 dum & terræ filios velle, & ne non fiat, muscerdam haud
 rarò pro pipere, arsenicum pro saccharo, & toxicum
 pro melle avidè ligurire. Pudendum dictu quod se-
 quitur, sed dicendum tamen est. Edidit hoc anno
 Wittebergæ Programma, & festo SS. Trinitatis publicavit
D. Abraham Calovius, quo dum Studiosos
 ad audiendas Theologicas lectiones invitât, **CALIXTI-
 NVM & HILDEBRANDI NVM** toto erudito orbe culta
 & colen-

& colenda nomina, diri vulturis instar (1), impudentissimè invadit, & turpius lancinat (2). Memor quidem esse mediocritatis suæ debebat calumniator famosus (3), & expendere, quot parasangis posterior (4) CALIXTO & HILDEBRANDO sit; verùm extrema ac propudiosa malitia (5), & inveterata obtrectandi libido, & odium Satanicum (6), & reprobus, in quem datus justo DEI judicio est, sensus (7) id ei non permittunt. Recensitis Theologorum nonnullorum Systematibus, *Placuerè tamen etiam, ait, Synopses Theologicæ alia; suâ laude digna, si EPITOMEN CALIXTI, Novatoris perniciosi, juxta cum Institutionibus HILDEBRANDINIS excipias.* Annon verò hic vulturis, & rabidi canis (8) ululatus ac latratus; an non foetens cacodæmonis ipsius ructus (9) est? Perniciosus Veterator spiritu impuro (10) actus (operum enim malorum spiritus bonus autor non est) cum aliter detrahere viris, ipso multò præstantioribus doctioribusve (11) nequeat, injuriis, calumniis, mendaciis, fraudibus (12), non Theologo, sed perdito sycophantâ (13) dignis, desperatam causam suam uti hætenus egit, ita adhuc agit, & aget in posterum. Cujus rei vivum exemplum est id,

A 3

quod

quod jam adscripsimus. Quid enim ? poterat ne
 cacatas (14) Calovius chartas suas (nam qualis avis,
 talis pullus) exosculari & divulgare, ni unà CA-
 LIXTI Epitomen & HILDEBRANDI Institutio-
 nes permingeret? Scilicet quando vel minima levis-
 simaque rixandi & traducendi occasio se offert,
 mox profilit implacabilis virtutis Calixtinæ hostis,
 & quia obtulis atq; confractis armis suis nocere non
 potest, præ indignatione & animi impotentia fre-
 mit, & andabatarum more subsultat, ac tandem pa-
 trem mendaciorum imitatus (15) bonis oppedit &
 oletum facit (16). Hæ sunt nostri (si superis placet)
 Archi-Theologi (17) artes, hæc quotidiana exerci-
 tia ejus (18). Bonum interim factum, quod Com-
 pendia Theologica B. Horneji, & B. Henichii, hu-
 jusque Institutiones, nec non compendiaras Dispu-
 tationes celebratissimi viri Dn. Johannis Musæi,
Jenensium Theologi ἐξοχιστῶν ita vocandi, non exce-
 perit: nam aliàs nec illis eum parcere, abundè con-
 stat. Optarem autem profecto aliquid ejus contu-
 eri & inspicere, quod Calixtinæ Epitome simile scri-
 pserit improbus & perniciosus veterator (19) Calo-
 vius. Grandia & vasta volumina sine delectu & ju-
 dicio compilare, & de charta in papyrum (20) nescio
 quid non transcribere, exigua, ni totus fallor, res
 est.

est. Talia autem sunt Caloviana tantum non omnia, inter piperis proinde involucra brevi numeranda. Credite mihi, ô OPTIMI, nihil à scripturiente Calovio profectum esse, aut proficisci posse, quod accurationi Calixtinæ Epitomes ullâ parte respondeat, & non potius ultro cedat. Haud mentiar, si dicam, plus eruditionis in solâ ejus præfatione haberi, quàm universo Systemate Caloviano, prolixo quamvis & centonibus benè farcto: nec dubito, quin docti & intelligentes omnes, etiam Lipsiæ & Wittebergæ idem mecum sentiant; pariter atque non ambigo, Dnn. Lipsienses ægrè laturos, quod œcumenicus hic Aristarchus programme illo suo *Theologia Positiva* appellationem, & hœc simul B. Kromayeri *Theologiam Positivo-Polemicam*, publicè reprehenderit. Atque ego in prælectionibus meis per singula capita ad oculum ostendam, quàm tenuis & proletaria Caloviana sit doctrina (21), & docendi scribendiq; methodus, si Calixtinæ, tum & si Hildebrandinæ comparetur. Demonstrabo quoque non Calixtum, sed Calovium perniciosum esse Novatorem (22), quippe qui inauditis olim & fanaticis opinionibus Ecclesias & Academias turbet (23), juventutemq; decipiat (24), & hoc pacto lupum ac vulpem (25), non mystam & Professore, in

in Domini vinea agat. Nolo vos morari, **JUVE-
NES**, cæteroqui advertere juberem, quàm incon-
sideratè rigidus Censor noster, unico illo quater-
nionem semel iterumque scripserit; qui tamen adin-
star simiæ papyraceos suos foetus tantoperè admira-
tur & commendat. *Seculo decimo tertio Nicetam
Chroniotam libros quinque de Orthodoxa fide concin-
navisse* ait. Nullus autem tum, vel antea aut postillà,
fuit *Chroniota*, sed fuit Nicetas Choniates, quem
quî in Chroniotam transformaverit, nescio. Per
ignorantiam factum dicetis! Non repugno: multa
enim sunt, quæ in talibus Calovius ignorat (26);
quanquam hujusmodi ignorantia turpis tanto est in
Doctore, quanto ipse videri vult; poteratq; verû Ni-
cetæ nomen vel ex Bellarmini de Scriptoribus Eccles.
libello, aut ex Vossii de Historicis Græcis libro II. c.
xxviii. discere. Ergo fortè per errorem factum!
Sit ita: nam nec in eo repugnabo. Sed oculatissi-
mus Calovius hîc dormire non debebat, verùm
videre quid scriberet & typis mandaret, ne Witten-
bergæ, è tabula publica per Programma loquens,
â tyronibus rideretur (27). Deinde postquam Ca-
lixto *Novatorem perniciosum* esse criminatus &
mentitus (28) esset veterator pestilens (29), ac mox
Hildebrandinas Institutiones obelo confixisset, per-
git ora-

git orare, sed sic, ut nullus, sit in oratione sensus. *Nec displicet, inquit, B. Johannis Friderici Königs Theologia Positiva, et si nomine, ut dixi, novo splendeat, Methodumque & tractationem perfectiorem, quando ab iis, quæ olim in Methodo disciplinarum, & in Institutionibus Theologicis adumbravi, discedit.* Quid hæc sibi volunt? quæ quæso illorum sententia? ut cohærent ea, & ut aptata inter se sunt? Videmus quàm providè & quantâ curâ, hoc est, quàm negligenter & supinè sua tractet ille in Israël Magister. Evidens certè est, innumera talia in spissis Calovianis rhapsodiis (30) reperiri, si unica ab iis scheda immunis non est. Sed lingo hæc, & ad trivia remitto, ut Classis tertix vel quartæ præceptores emendent. Ego vobis, Discipuli & Auditores ornatissimi, deinceps privatim auream CALIXTI Epitomen prælegam; HILDEBRANDINAS autem Institutiones publicis subjiciam disquisitionibus, ut desiderio vestro ex asse satis fiat. Ac lectiones quidem crastini die horâ consuetâ ordiar; Disputationes verò proximo Saturni. Nunc adhuc de Calovio accipite, quæ aliquis Collegarum ipsius non adeo pridem ad Dn. GEORGIUM HOLYCK, Bohemorum Exulum Pastorem, perscripsisse fertur. Delatum ad me literarum istarum exemplum est, quibus inter alia auctor: *Quid facturus sit Calovius expectabo, & quidem intrepidus: nec enim ipsum, etiamsi patrem suum,*
B
menda-

mendaciorum architectum, secum adduceret, metuo, fretus bonitate causa. Sed mirum non est, eum in me tantopere debacchari, qui in plures alios, ipso longè præstantiores, velut alter quidam Aristarchus & inotiosus (inofficiosus) censor, virgulam suam censoriam exercet: nam singulis ferme concionibus & disputationibus & orationibus, etiam nulla data occasione Helmstadienses, & nunc etiam Jenenses, in primis Dn. D. Museum, nominibus expressis allatrat & damnat, etiam in iis punctis, quibus rectè docent, saltem ut habeat quibus viperinos dentes infigat, quod ipsi solenne est, idque Borussi jamdudum experti sunt, & vivunt adhuc per DEI gratiam, qui id optimè norunt. Sed valde doleo & multi mecum, qui nihil quod Theologum decet in eo deprehendunt, præter qualemcunq; eruditionem & Theologicam cognitionem, nam vitæ & moribus pessimus est. φιλονεικία & studium contentionis ambitioque, & vehementissimū ingenium maximè regnant, deniq; odio & livore animi occæcatus in obvios quosque, nocentes æque ac innocentes grassatur. En, brevi tabellâ ad vivum depictum Calovium! Vos valet, JUVENES, & à calente isto affectuum mancipio ac sordibus ejus(31) vobis cavete! P.P. Festo S. Johannis Baptistæ, Anno clō lō c LXXIIX.

HUc usq; Programma Laurentinianum: cui nunc numerorum signa passim inferenda fuerunt, propter Adjectiones, postea subjungendas, quibus quasi NOTIS ipsum illustratur, & ceu IND. CE Calovianū convitiandi cacoëthes aperitur. Scriptionem

ptionem verò istam Calovius libelli famosi stigmatè inju-
 riosè notavit. Quod cum primum resciscerem, pertinacem
 mirabar hominis morbum, per quem discernere album ab a-
 tro, & rectum à curvo nec posset nec vellet. Verum dies docuit,
 illum in persuasione isthac perstare, & à quibusdam sui similib9
 obfirmatum esse. Itaq; ut desquamata de oculis ejus albugine
 ille sine impedimento videret, celeberrimos Jctos, atq; inte-
 gras etiam Amplissimas Facultates Juridicas, qua par erat mo-
 destia rogavi, ut solidum ac sincerum è Juris fundamentis judi-
 cium de Laurentiniano Programmate ferrent, essetne videli-
 cet illud ipsum *libellus famosus*, an non esset? Quorum unus,
 Vir fane gravis, & recti amans, & magni in Imperio Principis
 Confiliarius, & in dandis de Jure Responsis exercitatissimus
 dexterrimusq;, hunc in modum statuit:

RESPONSUM.

Als mir zu endbenanten ein Lateinisches scriptum, quo Lau-
 rentius Laurentinus, Svecus, Gymnasiarcha & P. au-
 ditoribus & discipulis suis felicia omnia precatur, eosq;
 ad privatam Epitomes Theologicae Calixtinæ ἀπόαση, & pu-
 blicam Institutionum Hildebrandinarum διόσκεωση invitāt,
 communiciret / und mein rechtliches Bedencken über diese Fra-
 ge / ob solch scriptum pro libello famoso zu halten? begeh-
 ret worden / demnach habe ich dasselbe mit Fleiß verlesen / er-
 wogen / und halte dafür / das sothane Schrift den Nahmen eis-
 nes libelli famosi nicht meritire.

RATIONES DUBITANDI.

Dann ob zwar gesagt werden möcht / erstlich / weil in dem
 scripto viel verba injuriosa & infimulata crimina enthalten/
 womit D. Calovius zu Wittenberg perstringiret / und den / das
 B 4 (dem

(Dem Bericht nach) solch scriptum unter einem frembden / und nicht unter des veri Autoris Nahmen heraus gegeben / und es daher pro libello famoso zu halten were / Cum libellus famosus sit scriptura, quâ alteri certum aliquod notabile & famosum crimen suppresso autoris nomine dolo malo objicitur,

§. I. Instit. de Injur. ubi Harprecht. n. 150.

l. Lex Cornelia. §. si quis librum 9. & l. seq.

ff de injur. & famos. lib.

l. un. C. de famos. libell.

Auch fürs andere / an dem animo injuriandi five dolo autoris istius scripti nicht zu zweiffeln scheint / Cum regulariter omnia verba suâ naturâ injuriosa animo injuriandi præsumantur esse prolata,

Per jura & Dd. apud Gail. 2. obs. 106. n. 1.

RATIONES DECIDENDI.

So ergibt sich doch aus folgender Deduction, daß das erwähnte programma für ein scriptum famosum aut injuriosum gar nicht zu æstimiren sey. Denn es ist pro fundamento zu setzen / Quod libellus famosus requirat dolum & animum injuriandi in scribente, quo deficiente scriptura pro libello famoso haberi non possit.

per jura jam adducta, Heig. p. 2. quæst. 31. n. 36.

Imo nec pro injuria æstimari debeat scriptura aut verbum per se injuriosum prolatum, si non adfuerit animus injuriandi; Quippe cum dolus & animus injuriandi substantiale sit requisitum omnis injuriæ.

Jura apud Gail. 2. obs. 99. n. 5.

Harprecht. ad pr. n. 11. & ad §. hæc actio. 12. n. 16.

Instit. de Injur.

Besold. Conf. 158. n. 20.

Quam non ex sensu sibi applicantis, sed ex affectu & animo dicentis æstimare oportet,

Vranus tom. 3. de Injur. Conf. 4. n. 1. seq.

Mevius 6. decis. 112.

Et

Et quæ absq. affectu & animo injuriandi nunquam committitur,
Gail. 2. obs. 106. n. 4.

Cothman. Conf. 15. n. 11. seqq. vol. 1.

Wann nun die absentia doli & animi injuriandi in autore programmaticis dargeleget wird / so muß die inculpatio famosi libelli & injuriæ zugleich mit dahin fallen / uti cessante causa cessat effectus

Everhard. loc. leg. 10. à defectu formæ. n. 5.

Daß aber solch Requisite bey dem Autore illius scripti nicht vorhanden / solches ist zu erkennen / fürs erste / weil in facto aus D. Calovii wider D. Calixtum sehl. heraus gegebenen Schrifften unleugbar und notorium, das dieser von jenem mit vielen hefftigen und ehrenrührigen prædicatis beleget / auch noch jüngst in einem programme publice affixo als ein pernitiosus novator nach seinem tödlichen Hintrit anmaßlich ausgescholten werden wollen; wodurch der Autor Programmaticis contrarii, als provocatus, bewogen worden / zu Rettung des sehligen Mannes Ehren dem Calovio geschehener massen zu antworten / und dessen Injurias und contumelias defendendo abzulehnen.

Gleich wie denn darab erhellet / daß D. Calovius pro autore hujus rixæ, provocante & offendente, der Autor programmaticis aber pro provocato & defendente zu halten: Autor enim & principium rixæ dicitur, non qui provocatus culpam à se rejicit, sed qui alium ad rixam provocat, utpote à quo malitia incipit,

Carpzov. prax. crim. quæst. 29. n. 43.

Et qui primus crimen alteri ingerit, provocare censetur,

Matth. Wesenb. Conf. 19. n. 14.

Nam qui prior injuriam ingerit, vel rixam incipit, is utique non defendit, sed offendit; Qui vero injuriam illatam regerit, vel cum autore rixæ rixatur, is non offendit, sed defendit. Sunt verba

Cothmanni Conf. 59. n. 25, vol 1.

Also

Also ist nicht der Autor programmatis, sondern D. Calovius als provocant und Urheber der Injurien pro Injuriante, und dessen erste Schriften pro injuriosis zu halten / er auch als Autor rixæ anzusehen /

Carpzov. d. quæst. 29 n. 42.

Fürs andere/so excusiret die litera programmatis selbst den Autorem à dolo & animo injuriandi, weil dasselbe hoc fine & intentione ausgefertigt / ut Juvenes Theologiæ operam navantes, auditores & discipuli ejus, à calente affectuum mancipio (sunt verba auctoris) ac sordibus ejus sibi caveant.

Quoties autem alia causa præter animum injuriandi adest, toties verba injuriosa proferens à dolo & injuria, ejusq; actione excusatur, etiam si vel fatua ista causa sit.

Clarus §. fin. quæst. 60. n. 121.

Menoch. recuper Remed. 5. n. 49.

Gædd. Marpurg. Conf. 28. n. 27. vol. 4.

Quanto magis, ubi casu nostro causa publicam studiosæ iuventutis Theologiæ utilitatem concernit,

l. si non convitii. 5. C. de Injur.

Gail. 2. obs. 99. n. 1.

Nebelkræ. decis. 17. §. præterea nec.

Iniuriam enim non facit, qui publicæ utilitatis causa verba iniuriam redolentia dicit,

Cothman. Conf. 23. n. 186. vol. 3.

Und fürs dritte/den Fall gesehet/es seyn in dem programme iniuriosa verba, famam D. Calovii rodentia zu finden/so wolte doch dadurch nicht so fort dolus & animus iniurandi, quo deficiente omnis iniuria cessat, dem Autori beyzumessen seyn; Es were denn daß D. Calovius wegen seiner wider D. Calixtum Sehl. auch suppresso nomine, heuffig ausgelassener famos-Schriften sich des doli, und seine Schriften des vitii famosi libelli, aut saltem iniuriarum schuldig gebe/ dahin

dahin er es doch wol mit Wissen nicht kommen lassen wird/ oder er müste ihm einbilden/ ob stünde ihm frey bevor/ andere vornehme Theologos, welche bisher noch von keinem verständigen unpartheilichen gelehrten Theologis, sondern nur von ihm selbst und seinen wenigen asseclis, verdamt oder überführet/ nach allem Belieben öffentlich zu perstringiren/ zu lestern und zu schelten/ ohn einige Antwort oder retorsion von andern gewertig zu seyn.

Des ersten kan er sich/ si programma, de quo agitur, pro famoso libello haberi debet, ex aequissimo prætoris Edicto, Quod quisque iuris in alium &c nicht entbrechen. Quis enim aspernabitur, idem ius sibi dici, quod ipse aliis dixit, vel dici effecit? Scilicet ut quod ipse quis in alterius persona æquum esse credidisset, id in ipsius quoq; persona valere patiatur.

l. i. ff. Quod quisq; jur. in al.

Dafern dem D. Calovii scripta ex hac ratione die Stelle libellorum famosorum, aut saltem iniuriarum scriptarum vertreten können/ so hat er keine Uhrsache noch Recht/ daß wider ihn und seine scripta iniuriosa ausgefertigte programma oder dessen Autorem anzuklagen; Sondern er selbst/ als ein Autor famosi libelli, oder nur scripti iniuriosi, were straffwürdig/ und mit seiner Klage abzuweisen/ Cum famosi libelli autorem leges nostræ pro accusatore idoneo non habeant, sed repelli iubeant,

Jura apud Cothman. Conf. 90. n. ii. vol. 2.

Gantz ohn daß er sich wider das programma oder dessen autorem super iniuria mit fugen zu beschweren haben solte/ Namq; alium verbis petulantibus & iniuriosis ad defensionem provocans, eaq; occasione læsus, frustra de iniuria queritur;

per iura apud eundem Cothman. Conf. Academ. 9. n. 20.

Weil er denn das andere membrum argumenti disiunctivi zu behaupten wol nicht gedencet/ zumahl er sonst ein privilegium & exemptionem à iure communi, vel ab ipsa lege naturæ,
citra

citra distinctionem omnibus insultatis & provocatis legitimam defensionem contra quemcunq; iniquum offensorem & insultantem tribuente beweisen müste / cum privilegia & exemptiones uti quid facti probatione indigeant.

Gail. 1. obs. 1. n. 9.

Dd. Marp. Conf. 35. n. 57. vol. 3.

Aus was Grunde kan er den seines von ihm provocirten antagonisten Antwort und confutation, und dessen zu seiner defension zielendes programma pro libello famoso aut iniuria angeben? Welches nichts als eine depulsionem & retorsionem illatæ iniuriæ repræsenteret / quæ uti species defensionis omni iure licita est, quando offensio est illicita

1. Ut vim. 3. ff. de J. & J.

1. 1. §. vim vi. 27. ff. de vi & vi armat.

late Harprecht ad §. hæc actio. 12. n. 91. seqq. Instit. de Iniur.

Es ist auch fürs vierte / so weit davon / daß dem Autori programmatis seine defensio & depulsio iniuriarum zum Lafter solte ausgedeutet werden können / daß ihm vielmehr verweislich und für übel zu halten sein würde / wenn er des Sehl. Mannes D. Calixti Ehren-Rettung unterlassen und hindan gesetzt hätte. Iniuriosum enim est, cum quis iniuriam, si potest, non propulsat, & iniuriam, à socio non repellit: Hic enim tam in vitio est, quam is qui facit,

Gail. de pac. publ. lib 1. c. 16. n. 12. ubi jura & Dd. citati.

Nicht weniger würde fürs fünffte / dieses inconueniens & absurdum heraus kommen / wenn solche scripta Theologorum publica, darin ein jeder seine Meynung behauptet / für famos-Schriften gehalten werden soltē / das so viel hundert Theologorum, ja des Sehl. Lutheri verschiedene Schriften selbst / darin er seine Widersacher nicht wenig angreiffet / libelli famosi seyn würden / dazu so wenig das programma, als die andern

andern scripta Theologorum à Judice competente verdamm
met worden. Cujusmodi absurda ab homine frugi & pru-
dente diligenter sunt evitanda;

Everhard. loc. legal. 23. ab absurdo. n. 2.

Ob denn gleich / fürs Sechste / einer einwerffen möchte /
man müste die scripta veras opiniones docentia, ab iis, quæ
falsa continent, unterscheiden: So würde doch solches eine
gewaltige petitionem principij abgeben / welche ehender nicht
abgethan werden könnte / bis eine Urthell in causa religio-
nis ac fidei, & circa eam enatarum quæstionum & opi-
nionum (quod vix sperandum) à Judice competente
abgesprochen were; oder der eine Theil den andern ihm adver-
sirenden soweit gebracht hette / daß er gewonnen geben
müste; Als lange aber die wiedrige disputationes und con-
tradictiones noch fortgesetzt werden / so lange muß der pro-
vocant sich aller calumnien und injurien enthalten / und ihm
kein Recht oder Freyheit anmaßen / seinen antagonisten frey
und impune durch die Hechel zu ziehen / und dessen defension
und Verantwortung zu pasquillen und injurien zumachen /
sondern gewärtig stehen / daß ihm dieser wieder auff die Haus-
ben greiffe / ihm quæ vult dicenti, quæ non vult wieder
zuhören gebe / und sich damit schütze / Quod per injuriam
provocatus sine metu injuriæ invasorem defendendo re-
tundat;

Jura & Dd. apud Berlich. 5. concl. 46. n. 1. seqq.

REFUTATIO CONTRARIORUM.

Das wieder schaffen die angeführte rationes dubitandi
nichts; denn es mangelt / erstlich / alhie an dem dolo & animo
injuriandi scribentis, quo deficiente nulla potest oriri inju-
ria, nec famosus libellus,

per ante deducta.

Und muß / fürs ander / die præsumtio pro dolo & animo

C

injuri-

injuriandi einen abtritt nehmen / weil andere causæ dolum
scribentis excludentes bey denen rationibus decidendi ange-
führet und behauptet;

Tantæ enim efficaciz non est præsumtio pro dolo &
animo injuriandi, quin ea etiam per conjecturas tantum
credi possit;

Burfat. Conf. 94. n. 25. vol. 1.

Heig. part. 2. quæst. 31. n. 39.

His rationibus commotus Programma, de quo agitur,
libelli famosi vitio carere, cujusvis saniore sententiâ salvâ,
judico, idque hac mea subscriptione & sigillo attestor. Die
xvii. Octobris anno cld. lcc. lxxviii.

L. S.

B. D.

EN, Lector Benevole, absolvitur Laurentinus *doli mali a-*
nimique injuriandi, & *provocatus* atque *defendens* habe-
tur. Absolvitur item Programma ejus à crimine *libelli fa-*
mosi & injuriosi, ut quod *depulsionem illatarum injuriarum* re-
præsentet; & pronuncietur præterea, tantum abesse ut scri-
ptio ista vitio verti Laurentino debeat, ut is potius culpæ &
neglecti officii reus agendus sit, si illâ intermisisset, & famam
B. Calixti non vindicasset. Contra vero Calovius *illatarum*
injuriarum diserte & repetita vice damnatur, coeptæque
litis autor, & *provocans* atque *offendens*, & *injurians*, ejus-
que Programma *injuriosum*, & ex hypothese *famosum*, ipse
item tanquam *rixæ autor* poenâ dignus censetur. Cæte-
rum ut omnia tanto magis in clara luce ponerentur, duo
Nobilissima diversarum Academiæ Collegia Juridica,
primum quidem Rintheliense, deinde mox Kiloniense,
sub

sub Nomine AURELII PROBI de hoc negotio consului,
& his quidem ad Collegium Utrumque literis:

HochEdle/ Vestund Hochgelahrte/ besonders Hoch-
günstige Hochgeehrte Herren/

S S ist Bekündig / was gestalt D. Abraham Calo-
vius, Profesor zu Wittenbera / nun viele Jahr her den
S Seeligen in Gott ruhenden D. Georgium Calixtum,
Weyland Hochverdienten Professore Primarium zu Helm-
stedt / in öffentlichen S. ruffen außs schimpflichste tractiret/
verfehert und verleumdet / und unter so mannigfaltigen uners-
weislichen aufflagen und Beynahmen bald Pseudonymum Pro-
fessorem Lutheranum (a) bald Julianum (b) und Dictatorem
Julianum (c) ja / welches schröcklich zu hören / Antichristum
Julianum (d) desgleichen Idololatriæ Turcicæ, Judaicæ, &
Papisticæ Advocatum (e) Syncretistam (f) Daduchum No-
vatorum (g) &c. genennet* auch in solchem unverantwortlichen
fürnehmen bis her forgefahren; und obwol demselben dan und
swan / auch so gar von Vice-Rectore und sãmplichen Profes-
soribus der Lõblichen Julius Universität zu Helmstedt selbst /
in zwo unterschiedenen Schrifften / als in der Pietate Acade-
miæ Julicæ, und in der Schutz-Rede / krãfftig widersprochen /
solches alles doch bey gedachten D. Calovio nichts verfangen mö-
gen / sondern er anstat dessen in seinen Schrifften mit noch mehr
andern eben so heßlichen epithetis, v. g. excrementis Diaboli,
sordibus Calixtinis (h) Babelismis, Samaritanismis, Atheis-
mis &c. (i) um sich geworffen / und so wol die Helmstädtische
Herrn Ictos, Medicos und Philosophos, als Theologos, für
Syncretisten und Novatores in einer Publica Disputatione
kurz verrückter zeit aufgeruffen (k) * Als dan dieses är-
gerlichen wesens kein ende worden / sondern mehr gemel-
ter D. Calovius verwiechenen Sommer ein Programma zu
Wittenberg publiciret / darin er D. Calixtum Seel. einen No-

* Videatur
Beylage
sub Lit. A.
Num. 1.

* Vid. ibid.

vatores perniciosos benammet / und dessen Epitomen Theologiae Schimpfflich ausgemustert / daneben auch des Herrn D. Joachimi Hildebrandi, Ober-Superintendenten im Herzogthum Lüneburg zu Zell / Institutiones Theologicas angefallen und die Jugend dafür gewarnt / Und aber diese Institutiones so wol als Epitome Calixtina nicht allein zu Helmstedt / sondern auch im gedachten Lüneburgischen Herzogthum / und an vielen andern Orten / bey gelehrten / Discreten / und verständigen Leuten in ihrem billigen wehrt gehalten werden / von Seeligen Herrn Calixto auch falsch und unwahr / das Er ein Novator perniciosus gewesen / so hat eine gewisse Person / blos aus einem gegen das publicum (als welches / sonderlich aber die Studirende Jugend / darunter leidet und irre gemacht wird) tragenden eiffer / auch folglich um Seel. Herrn Calixti und Herrn Hildebrandi unschuld zu retten / beykommendes Programmata unter dem nahmen Laurentii Laurentini dem Programmata Caloviano opponiret : worinnen Er doch also verfahren / das er in fürstellung des unfugs D. Calovii, meistens entweder eben die jenigen redens-arten und dicteria, womit derselbe vorhin D. Calixto und andern vornehmen gelehrten Männern zubegegnen sich nicht gescheuet / oder der *Pietatis Academiae Juliae*, und der erwähnten Schutz-Rede verba formalia vel æquipollentia, damit diese Universität Calovium abgemahlet / und die Er bishero als vorschuldiger auff sich ersitzen laßen / und nicht wiederlegen können / behalten : gestalt dan solches zu mehrer information des Herrn Referenten in obbemelter Beylage A. Num. 2. nothdürfftig verzeichnet / welche mit dem Programmata des so genannten Laurentini conferiret werden kan. Die Ursach / warum solches Programmata unter einem frembden Nahmen herausgegeben / ist diese / weil D. Calovius vorm Jahre sub conficto nomine eine also intitulierte Harmoniam Calixtino - Hæreticam in vado
adhuc

adhuc existentem ediret / und sich auff dero überschrifft **Guld-**
Reich Gottfried genennet / welches scriptum dan gleichfals
mit vielen calumniis und verfälschungen angefüllt. Und
hat der Autor Programmatis Laurentiniani gemeinet / es könn-
ne ihm nicht verdacht werden / daß gleich wie Calovius contra
Calixtum sub nomine ficto, also auch er (exemplum hoc
imitatus) contra Calovium eine Schrift unter einem frembden
Nahmen drücken liesse; so wenig er vermeinet gesündigt zu
haben / daß Er Calovium mit dessen eignen flosculis vel
æquivalentibus (damit er andere tapfere Doctores be-
zeichnet) oder mit einigen aus denen Apologiis Academiae Ju-
liae entlehneten Worten abgebildet. Nach dem dan der so ge-
nante Laurentinus bloß ad defendendam famam ac inno-
centiam DD. Calixti und Hildebrandi, & ad asserendam Or-
thodoxiam Epitomes Calixtinæ ac Institutionum Hilde-
brandinarum, sein Programmata wieder den aggressorem
und invasorem Calovium verfertiget / Er aber verständiget
wird / daß derselbe und einige Calovisch-gesinnete selbiges pro li-
bello famoso halten wollen / So ersuche **E. HochEdl.**
Hochgel. Gnst. dienstlich / mich hierunter des Rechten
gründlich zu belehren / ob offtgedachtes Programmata Lauren-
tinianum, bevorab bey angeführter der sachen bewandniß / für
ein Pasquil oder famos-libel zu achten oder nicht? Und nebst
empfehlung Göttlichen Obshirms bin und verbleibe

E. HochEdl. Hochgel. Gnst.

Stets dienstgestriger
AURELIUS PROBUS.

An (Tit.) Herren Decanum, Seniozem und andere Do-
ctores und Professores der Hochlöblichen Juristen Fa-
cultät in der Fürstl. Hessischen Universität Münz-
theln.

C 3

Item

Item

An[Tit.] Herren Decanum, Seniore und andere Doctores und Profes-
sores der Hochlöbl. Juristen Facultät in der Fürstl. Holsteinischen
Universität Kiel.

Sequuntur jam Documenta, laudatissimis illis Collegiis Ju-
ridicis juxta cum Programme Laurentiniano transmis-
sa, quibus INDEX calumniarum & convitiarum Calovii,
in Calixtos Patrem & Filium, aliosque Viros eximios mul-
tissime jactorum, ex scriptis nonnullis ejus excerptus con-
tinetur, quæque NOTARUM instar, literas istas meas sive
Speciem Facti, & Programma Laurentinianum ipsum il-
lustrantium, esse possunt.

Beilage

A.

Num. I.

N O T A E

A D S P E C I E M F A C T I

So zu des Herrn Referenten mehrerer nach-
richt Beygefüget.

(a) Bald Pseudonymum Professorem Lutheranum) Also nen-
net D. Calovius den Eceligen D. Calixtum mit ausge-
drückten Worten in Præfat. Hagoges ad Theol. Bogen a.
fol. 6. In seinem Tractat, Erbärmliche Verstockung
genand / spricht er pag. 40: *Calixtus* ist von der Luthe-
rischen Lehre und unsern Kirchen Büchern schänd-
lich abgefallen. Und abermahl pag. 96. schreibet er /
*D. Georgium Calixtum non nisi falso sese catholicum & Lu-
theranum jactitare, reapse autem à fide catholica Luthe-
rana,*

Fana, ab Augustana Confessione, Apologia, Articulis Smalcaldicis, & maxime à Corpore Julio defecisse. D. Frid. Ulr. Calixtum nennet er *Harmoniâ Calixtino - Hæret. in Vado* positâ p. 83. *Pseudo - Lutheranium doctorem.*

(b) *Bald Julianum*) So wird D. Calixtus von D. Calovio genennet *Præfat. Isagoges Bogen a. fol. 5. Bogen c. fol. 4. item in Syncretismo Calixtino pag. 6. auch im neulichsten scripto, quod Harmonia Calixtino - Hæretica adhuc in Vado sit, pag. 36. & 54. Wiederum in Tractatu de Fide Veterum pag. 13. & 73. und sonst vielfältig hin und wieder. In angeführtem Tractatu de fide Veterum, da er D. Calixtum pag. 91. zweimahl nacheinander Julianum genennet / schreibt er / Juliani (Calixti) prædecessorem fuisse JULIANUM apostatam. Daher man wol siehet / quo sensu hoc nomen de Doctore Calixto usurpet Calovius. Pag. 73. spricht er: Illi, qui in Vet. Test. circumcisionem & legem urgebant ceu necessariam ad salutem, fuerunt Juliani nostri (Calixti) antecessores.*

(c) *Dictatorem Julianum*) So nennet Calovius Calixtum illa ipsa *Præfat. in Isagogen, Bogen b. fol. 2.* Da er ihn kurz vorher auch *Aristarchum Julianum* geheissen hatte.

(d) *Antichristum Iulianum*) Mit diesem heßlichen und scheuslichen Nahmen hat Calovius Calixtum belegt in *Harmonia Calixtino - Hæretica pag. III 4.*

(e) *Idololatriæ Turcicæ, Judaicæ & Papisticæ advocatum*) Diesen Titel gibt er Calixto auff der überschrifft seines *Syncretismi Calixtini*; darnach wiederum in der *Epigraphæ* des daran gehengten *Epimetri pag. 357. und in fine pag. 368.*

(f) *syncretistam*) Daß D. Calovius D. Calixtum mit diesem Nahmen vielfältig ausgeholten / ist mehr dan zu bekand /
und

und zielet sein ganzer Syncretismus Calixtinus dahin. Daher er sich auch nicht gescheuet / in Disput. de Concord. & Fraternitate Spirituali zu schreiben: *Calixtus aliquam diversarum religionum confusionem introducere allaboravit.* Item: *Hæc mens est D. Calixti, parum referre cui quis religioni sit addictus.* Wiederum: *Neque fervidus est, neque frigidus, sed tepidus Calixtus.*

(g) *Daduchum Novatorum*) So muß ihm D. Calixtus heißen in Syncretismo Calixtino p. 6.

(h) *Excrementis Diaboli, sordibus Calixtinis*) So redet von Seel. D. Calixti Schriften und meynungen D. Calovius Programmate quodam Wittebergæ publicato Dominicâ xi. Trinit. Anni clo Ioc LXXV.

(i) *Babelismis, Samaritanismis Atheismis*) In Harmonia in vado existente p. 162. ait Calovius: *Calixtinus syncretismus revera est impius Samaritanismus, Babelismus, Atheismi fundamentum.* In Erbärmlicher Verstockung p. 31: Durch der Calixtiner vorschlag wird ein schädlicher Samaritanismus eingeführet. Pietas Academiae Juliae pag. 46. & 47: *Passim à Calovio spurcissimæ quæque hæreses, imò Paganismus & Atheismus, Viris optimis & de Ecclesia præclare meritis, (Calixto & Horneio,) iniquissime verbis atrocissimis sunt impropertæ.* Singsagen hat Calovius vom Seel. Hrn. D. Böttigero, Pastore Primario und Seniore zu Magdeburg / diese nachdenckliche wort / so derselbe in seinen Vindiciis p. 99. geführet / hören müssen: *An putem à Calovio quicquam impietatis fore alienum, qui usum non minus, ut alii, expertus sum hominem impiissimum, non dicam in vita ac moribus plane Atheum, & tanto pejus Atheismi reos in doctrina facientem alios? Equidem qui B. Calixti vitam ac mores novit, uti norunt mille & millies mille homines, quid aliud Calovio objicient ac responde-*

spondebunt, Atheismum in doctrinis objicienti viro longe sanctiori, quam: Vide sis, Calovi, ne major in te Atheismi nota ex moribus ac vita sit.

[k] Die Helmstädtische Herren Ictos, Medicos, und Philosophos &c.] Disputatione de Sacramento Eucharistiæ Anno 1676. Witebergæ habitâ pag. 40: *Haud ægrè transsubstantiationis, si ve etiam adductionis commentum latu-ri sunt cum Marco Antonio de Dominis, aliisque syncretistis, Helmstadienses Novatores; ubi ne ipsi quidem Icti, Medici, & Philosophi, teste Pietate Juliâ, se exclu-di patiuntur.*

Num. II.

N O T Æ

AD PROGRAMMA LAURENTINIANUM.

[1] *Diri vulturis instar*) Calovius Carmine ad Stromeierum, hujus examini Apologetico subjuncto: *Quum malum* (Calixtus filius) *corvi mali* (Calixti Patris). Es fan pace Laurentini vor das wort *vultur*, wol *corvus*; und vor das wort *dirus*, wol *malus* gesetzt werden.

[2] *Impudentissime invadit & turpius lancinat*) Calovius in Harmonia Calixtino-Hæretica, superiore anno edita p. 10: *Calumniatur impudens os, Calixtus, in impietatis officio &c.* Pag. 110: *Non erubescit impudens Calixti officium eruclare.* Pag. 111: *Calixti officium impudentiæ.* Pag. 127: *Calixtus impudenter ad Gerhardum in stabilienda sua impietate provocat.* Ibid. *Ubi frons tua Calixte?* P. 140: *Os hominis impudentis, Calixti.* Pag. 155. *Impudens homo, Calixtus.* P. 162: *Hem incredibilem hominis (Calixti) impudentiam.* Item: *Effrenate temerarium os & frons extreme*

D

tremè

Armenè perfriſta Calixti. Pag. 166: Impudentia prorsus incre-
dibilis Calixti. Pag. 168: Putasne, Lector, frontem vel
micam pietatis adhuc habere Calixtum nostrum. In Syn-
cretismo Calixtino pag. 356: Omnem frontem exuisse, o-
mnem conscientiam ejurasse videntur Calixtini. Pag. 358:
Impudentia summa Calixti. Es haben aber schon Hr. Vice-
Rector und Professores Academiae Juliae in Ihrer Schutz-
Rede pag. 19. 20. 21. Calovium impudentiae beschuldiget/
und von Ihm geschrieben; das Calixtus und Horneius von der
Augustana Confessione gewichen seyn sollen / sey eine unver-
schämte hebliche Beschuldigung / und grobe Bezüch-
tigung Calovii.

[3] *calumniator famosus, id est, celebris sive notus) Ca-*
lovius in Epimetro Syncretismi Calixtini pag. 358: Inve-
teratum calumniandi cacoëthes Calixti. Carmine ad
Stromeierum: Calumniari proprium id restat ipsis (Calix-
tinis) unicum. Und wußte er sonst hin und wieder mit Ca-
lumnianten und dergleichen um sich. In Harmonia in vado
existente p. 17: Criminatur o κακίνοε Calixtus. Pag.
146: Calumnia atrocissima & accusatio mendacissima
Calixti. Pag. 154: Cavillator Calixtus. Pag. 159: Pessimus
virorum bonorum calumniator & conviciator Calixtus.
Hingegen hat Academia Julia in der Schutz-Rede pag. 20.
Calovio das Zeugnis gegeben/ das er Schmähe: item, er
habe Horneium mit schändlicher unwarheit gelästert /
und werde ein Verleumder Christlicher wolgemein-
ter Reden betroffen. Pag. 34: Calovius habe sein ver-
leumderisches Spiel mit Calixti und Horneij wor-
ten. Item; Calovius sey ein Lästerey. Pietas Academiae Ju-
liae pag. 43: Consensus Calovii calumniatus est. Herr D.
Petrus Musæus See! schreibt in seinem Buch de Fugien-
do Syncretismo pag. 62, 63: D. Calovius Syncretistas
Luthe-

Lutheranos, quos putat esse, fœdis nominibus infamat, dum Neutralistas, Libertinos, Atheos, Hermaphroditicos Theologos, novæ, Babelicæ, Samariticæ ac Chimericæ παιδολογίας architectos, denique Samaritanos criminatur.

[4] *Quot parasangis posterior Calixto & Hildebrando sit Calovius*) Die Schutz-Rede der Fürstl. Julius Universität pag. 19. spricht / Es haben Calixtus und Horneius die Augsburgische Confession gegen die wiederwertige Tapfer und gründlich / und zwar viel gründlicher und mit bessern nachdruck / als Calovius jemahls gethan / oder zuthun vermocht / ausgeführet und verthätiget. Saltem igitur Calixto parasangis aliquot posterior est Calovius, censente illâ Academiæ Apologiâ. In Erbärmlicher Verstokung pag. 102. redet Calovius von einigen unpartheyischen Grundgelehrten Theologis, die ein wenig mehr als Dreyer und Laterman verstehen; hoc est, Drejerum & Latermannum Theologis istis aliquot parasangis posteriores esse. Pag. 10: D. Laterman sey ein Stümper / Tyro, Abecedarius und elementarius, ein Helmstädtisches Propheten-Kind. Pag. 12: Laterman sey ein Idiot. In Vindicata Harmonia Calixtino-Hæretica pag. 136: Drejerus Juniore Calixto longe doctior est. Pag. 96. sagt er von Calixto: *Discat D. Calixtus à pueris scholarum trivialium, viros se incomparabiliter doctiores corrigere cautius.* Pag. 111: *Discere potest Calixtus Doctor à tyronibus Logices scholasticis.* Pag. 126: *Calixtus ne intelligit quidem quid præsens controversia sibi velit.* In verächtlich genug von so vornehmen Leuten geredet.

[5] *Extrema ac propudiosa malitia*) Calovius in Harmonia Vindicata, sive in Vado existente pag. 95: *Tantum videre non potuit cœcutiens homo, Calixtus, ex destinata malitia.* Pag. 58: *Puerile & malitiosum est quod ait Calix-*

D 2

tus.

tus. Pag. 59: *Insigne Calixtinae impietatis, hoc est, malitiae, experimentum. Rursus: Quis non hominis (Calixti) malitiam palpabit.*

[6] *In veterata obtrectandi libido & odium Satanicum*) Vice-Rector und Senatus Academiae Juliae in der Schus-Rede pag. 22: *Calovius ist ein feindseliger Mann. Pag. 18: Sein Herz ist mit Neid und Haß angefüllet. Pag. 32: Calovii Institutiones seynd mit bitter Galle angefüllet. Conqueruntur etiam passim Apologiâ illâ, & in Pietate sua de Caloviana calumniandi & obtrectandi libidine, ac Calovio illud Prophetæ accommodant: Der Herr schelte dich / du Satan (Calovi) ja der Herr schelte dich / der Jerusalem erwöhlet hat / p. 33.*

[7] *Reprobus, in quem datus justo Dei judicio est sensus*) Calovius in Epimetro Syncretismi Calixtini pag. 357: *Calixtus Pater πῶρονν justo Dei judicio contraxit. Nun weis mann wol aus Marc. 3. c. v. 5. was πῶρονν heiße / nemlich cordis obdurationem, ein Verstofft Herz / wie es Lutherus vertirt. Item in Carmine ad Stromeierum redet Calovius so / daß es den Verstand haben fan / Calixtos, Patrem & Filium, reprobo traditos esse sensui.*

[8] *Rabidi canis latratus*) Calovius in Epimetro Syncretismi Calixtini p. 357: *Canina eloquentia Patris Calixti. In der Verstoffung pag. 110: Canina, imo Diabolica à Drejero exercetur dicacitas. In Harmonia in Vado existente pag. 74: Allatrat hæc Junior noster Calixtus.*

[9] *Cacodæmonis ructus*) Calovius in der Verstoffung p. 109. quæ D. Drejerus adversus eum dixerat, appellat *Diaboli ructus*. In Vindicata Harmonia Calixtino-Hæretica p. 134: *Annon impie eructas Calixte? Pag. 159: D. Georgius Calixtus ex improbo ac calumniarum pleno ore eructaverat.*

[10.] *Spiritu impuro actus*] Calovius carmine ad Stromeierum

rum

rum: *Quas [pagellas] obstetricante edidit [Calixtus] aut suggerente, verius, Demonio.* In *Erbärmlicher Verstörung* p. 26: *So treibet diese Leute [Calixtum, Horneium und Latermannum] Der spiritus vertiginis.* In *Syncretismo Calixtino* p. 332. de DD. Horneio & Drejero verba faciens Calovius ait: *Ita contradicit sibi spiritus vertiginis.* In *Ifagoge* lib. 1. p. 342: *Mirari satis nequeunt pie docti, quo spiritu agitatus [non certe spiritu Christi, qui in Prophetis fuit] inter alia Θεορηνά ἀνίσταται, Christi gloriam miris modis obfuscantia, Calixtus effutierit.*

[11] *Ipsa multo præstantioribus doctioribusve*] So redet auch vom Calovio sein Collega in epistola à Laurentino citata: *Calovius in plures alios ipso longe præstantiores &c.*

[12] *Injuriis, calumniis, mendaciis, fraudibus*] Calovius in *Syncretismo Calixtino* p. 6: *Dici non potest, quantis calumniis, quibusve mendaciis Daduchi illi Novatorum, Julianus Calixtus, & Regiomontanus Dreierus, causam totam involvant atque obfuscent.* In *Harmonia* p. 146: *Accusatio mendacissima Calixti.* Pag. 127: *Injuria Calixti.* P. 155: *Belle à sophistica fraude sese purgavit cavillator Calixtus!* Hingegen spricht die *Schuz-Rede Academiae Juliae* p. 28: *Calovii Betrug.* Item p. 27: *Der grosse Betrug Calovii; und die bey einem Theologo unvermuthete Arglistigkeit.* P. 29: *Calovius habe den H. fr. betrogen / und hinter das Licht geführt.* *Pietas Academiae Juliae* pag. 48: *Pessime audire & Ecclesiam nostram & doctrinam ejus veram ac salutarem, propter disidia & contentiones, iniquis Calovii calumniis & improbis damnationibus excitata, quis ignorat?*

[13] *sycophanta*] So nennet Calovius Calixtum in *Harmonia Vindicatae præfat.* und wiederum p. 157.

[14] *Cacatas Calovii chartas*] Denn Calovius wüßte in ei-

nem zu Wittenberg publicirten Programmate mit *excrementis Diaboli* und *sordibus Calixtinis* um sich und besudelt damit seine chartas. Tractatu de fide veterum p. 4 & 5: *Sectarius nostræ ætatis, ceu novissimus si-ve foetus si-ve excrementum hostis Christi & Ecclesiæ, D. Calixtus.*

[15] *Patrem mendaciorum imitatus*) Mit diesem patre wirfft Calovius um sich in Syncretismo Calixtino p. 7. Calovii Collega in epistola ad Georgium Holyck: *Etiam si patrem suum, mendaciorum architectum, adduceret Calovius, non ipsum metuo, fretus bonitate causæ.*

[16] *Bonis oppedit & oletum facit*) *excrementis* nimirum *Diaboli, & sordibus Calixtinis*, wie er im besagten Programmate redet. Sonst hat die vom Laurentino geführte phrasin vorhin wieder die Schwencsfelder D. Cundisius seel. gebrauchet in Notis ad Hutteri Compendium Theolog. Loc. 1. p. 9: *Stenckfeldiani, inquit, oletum facere ac orthodoxis oppedere desinant.*

[17] *Archi-Theologi*) Calovius in Erbärmlicher Verstockung p. 21: die *Selmstedtischen Patriarchæ, D. Calixtus* und *Horneius*. Hingegen Vice Rector und Professores Academiae Juliae in der Schutz-Rede p. 75: *Calovius* geberdet sich als ob er nebst wenigen andern der ganzen *Lutherischen Kirchen* ausschreibender *Patriarch* were. Pag. 80: der stolze *Hohepriester Calovius*. Pag. 82: der zuu *Lutherischen Pabst* unerwehite *Kalaw*. (NB. Calovius rühmet sich, daß er *pro magnanimo & sincero Theologo* gehalten werde; in der Verstockung p. III. Den seligen D. Calixtum aber nennet er einen *Schulmeister* pag. 20 & 25.)

[18] *Hæc quotidiana exercitia eius*) dessen gibt ihm obgedachter sein Collega epistolâ cit. Zeugniß.

[19] *Perniciosus veterator*) Calovius *Harmoniâ in vado* existente p. 40: *Veteratorie pro pietate sua vel potius impietate*

pietate ponit Calixtus. Mit seel. D. Johanne Bötticher hat es Calovius also gemacht/ daß derselbe ihn in seinen Vindiciis §. 99. *veteratorem pessimum* genennet.

[20] *Grandia & vasta volumina &c.*) Diß hat ihm seel. D. Johann Bötticher in Vindiciis § 115. unter Augen geschrieben mit diesen Worten: *Tui libri equidem, Calovi, magni sunt & vae grandes, sed eo ipso discere ac proficere volentibus magnum sunt malum. Non, quia libros tuos in bibliotheca habes simul collocatos, & eos quotidie aspicias crescentes, idque titillatione perfundit praecordia tua, ideo putes, alios & paulo eruditiores tantum illis tribuere, tantopere admirari. Qui enim tam multum scribunt, tam late se diffundunt, omnia corripunt vi ac maleficio, siue, ut Germani loquuntur, crinibus trahunt, quid faciunt aliter, quam ut levia quaecunque & indigna pro magnis & gravissimis habeant, vel repetant otiose multa, tanquam cramben aliquoties recoquant, transferant de suis iterum in sua multoties, imò transcribant ex aliis autoribus multas oppido paginas, autoribus ipsis plane silentio pressis. Quae & summa ingratitude est, & tibi quoque propria, Calovi. Sunt testes studiosi atque amanuenses, qui hanc tibi operam navare debuerunt, & exscribere ex aliis, non pericopas, sed bene longas multasque paginas. Haec sunt quae gravantur homines docti in scriptis tuis, quos tu non putes naris adeo obese esse, ut pruritum tuum, ut ambitionem tuam putidissimam multa scribendi non intelligant, ut quae & ex quibus autoribus transferre atque exscribere soleas, ignorent.*

[21] *Quam tenuis & proletaria Caloviana sit doctrina &c.*) Calovius in Epimetro Syncretismi Calixtini pag. 358: Calixti *ἀνακόλατος* est disputandi ratio, & proletaria materiae eminentissimae de *Attributis Divinis* pertractatio.

[22] Ca-

32.

[22] *Calovium perniciosum esse novatorem*) Davor hält ihn Academia Julia in der Schutz-Rede pag. 75. 76. Verba sunt: *D. Calovius hat eine neue aus eignen Willen weidlich vermehrte Lutherische Glaubens-Bekändniß* vermittels seines Namens vorschriſt dargeſtellt. Item; er wolle mit neuen *articula* die Augsbürgiſche *Confession* erweitern.

[23] *Qui fanaticis opinionibus Ecclesias & Academiās turbet*) Calovius auf dem titul ſeines Syncretismi Calixtini nennet *D. Georgium Calixtum, modernum Ecclesiae turbatorem*. *Harmoniā Calixtino-Hæreticā in vado* existente pag. 2. ſagt er: *Hæretica dogmata parentis Calixti*. Pag. 37: *Impia parentis Calixti verba*. Pag. 112: *Impietas Georgii Calixti*. *Traſtatu de fide veterum* pag. 79: *Calixtina ſecta*. Pag. 83: *Calixtus HÆRETICUS haberi debet*. Hingegen hat ihm Academia Julia ins Geſicht geſchrieben in der Schutz-Rede pag. 74. es ſey in der **Kirchen Gottes von D. Abraham Calovio** auffſe neue Unruhe erreget &c. Pag. 75 *mentio fit der unleidlichen Tyranney* | und des groſſen Ärgerniſſes *Calovii*: item, des von *D. Calovio* angelegten Feuers. Rurſus aſſeritur, er habe unſere Kirchen beunruhiget. Conferantur verba Pietatis *Academiae Juliae* ſupra ad Num. 12 citata.

[24] *Juventutemque decipiat*) Calovius in *Epimetro Syncretismi Calixtini* pag. 357 ſeq. *Calixtus pater ita πώγων* juſto Dei judicio contraxit, ut propudioſas etiam *opiniones filio* inſtillare, ac defendendas præſcribere, eumque non tantum ad genium ſuum pervertere, ſed ad alios etiam pervertendos adhibere minime vereatur. Rurſus vorher pag. 356: *Calixtini, principes ſuos fallunt, Academiās decipiunt, Studiosos ſeducunt, Lutheranae fidei proditores, apoſtatis*

statis quibusvis exitiosiores. In Harmonia in vado existente pag. 95. scribet Calovius von beyden Calixtis, Patre & Filio: *Certum, merum fucum esse, quo utuntur novatores ad decipiendum simpliciores.* In Carmine ad Stromeierum sage er: *Mittamus istos hybridas (Calixtos) qui veritatem adulterant, magis magisque insaniunt.*

[25] *Et hoc pacto lupum ac vulpem &c.)* Calovius in Harmonia cit. pag. 131: *Unguis lupinus Calixti latet sub pelle ovina.* Pag. 29: *Sub verbis Lutheranis, tanquam pelle Calixti ovina, papismum, tanquam lupinum unguem, latitantem deprehendimus facile.* Pag. 1: *Versipelles & variegati nostri ἀντίδοι, nempe Calixtus cum suis.* Pag. 12: *Gannitus Calixti.* In der Verstoffung pag. 96. verba de Calixto, Dreiero & Latermanno faciens, nennet er **falsche Lehrer und einreißende schädliche Wölffe.** Es hat von ihm hingegen schon längst secl. D. Johann Bötzticher in Vindiciis §. 60. wieder geschrieben: *Cum vulpina in scenam prodit noster ille personatus Calovius, qui præfastu nimio suos Collegas parum æstimat.* Und §. 105: *Non hic se vulpem nobis commendat primarius (Calovius,) sed jam lupum se, jam leonem rugientem præfert.*

[26] *Multa sunt quæ in talibus Calovius ignorat)* In Harmonia pag. 33: *crassa ac supina Doctoris ac Professoris Academici (Calixti) ignorantia.* Paria habentur pag. 114 & 121.

[27] *Ne Wittenbergæ à tyronibus rideretur)* Calovius in Harmonia pag. 96: *Pueris in scholis trivialibus hac sua subtilitate ridendum sese propinat Doctor noster Calixtus.* Pag. 44 & 108: *Ridiculus parentis apologeta* Fredericus Ulricus Calixtus. Pag. 113: *ridiculus disputator* Calixtus.

[28] *Criminatus & mentitus esset)* Calovius in Harmonia
E pag.

pag. 68: *Criminationem criminacionibus cumulat mali-
tiosus homo Calixtus.* pag. 127: *Calixtus inter alia cri-
minatur.* Pag. 158: *criminatur Calixtus.* Pag. 146: *ac-
cusatio mendacissima Calixti.*

[29] *Veterator pestilens*) Duff dem titul des Tractatus de Fi-
de Veterum nennet Calovius D. G. Calixtum *pestilentem
novatorem.* In Harmonia in vado exist. pag. 40: *Ve-
teratorie pro pietate sua vel potius impietate ponit Ca-
lixtus Filius.*

[30] *Calovianis Rhapsodiis*) Calovius præfat. Harmoniæ,
nec non pag. 17: *Rhapsodiæ Calixti.* Pag. 18. 127 & 151:
cento tumultuarius Calixti. In Syncretismo pag. 358:
Calixtina ex variis laciniis consarcinata sunt.

[31] *Ac sordibus eius*) Calovii modus loquendi: *sordes Ca-
lixtinæ:* ist ihm aus seinem eigenen/oben mehrmahls angefüh-
reten Programmate wieder zugeschicket.

WAn wir den Herrn Referenten nicht länger auffhalten /
könten sonst noch mehr convitia in Calixtum, seu Patrem
seu Filium conjecta aus Calovii Schrifften angeführet werden.
Doch ist noch zgedencken / daß er diesen nenne *perjurum in Magi-
stratum suum,* Harm. Vind. pag. 50 & 162. *Hominem insulsum,*
pag. 96. *Hominem stupidissimum,* pag. 133. *Asinum,* pag. 144.
Petulantissimum hominem, pag. 168.

&c. &c. &c.

HActenus Notæ & Adjectiones meæ. Supra laudatæ au-
tem Facultates Juridicæ, re omni diligenter & accuratè
consideratâ, hujusmodi Responsa reddiderunt.

RESPON-

RESPONSUM
INCLYTI ORDINIS ICTORUM
IN ACADEMIA RINTHELENSI.

Dies uns Decano, Seniori und andern Doctores der
Juristen Facultät in der Fürstl. Hessischen Universität zu
Kinteln / hierbey wieder zurückgehendes unter dem Nah-
men Laurentii Laurentini dem Programmati Caloviano op-
poniertes Programm sambt einigen Beylagen sub lit. A. von
Aurelio Probo zugesandt / und mittels angeschlossenen Schrei-
bens unsere Rechtliche meynung über nachgesetzet frage:

Ob nemlich das Programm Laurentinianum, Be-
vorab bey angeführter der Sachen bewandniß / für ein
Pasquill oder famos-libell zu achten oder nicht?

Zu eröffnen gebeten worden /

Demnach haben Wir solches alles fleißig verlesen / Colle-
gialiter wohl erwogen / und berichten darauff für Recht /

RATIONES DUBITANDI.

Das ob zwar vorbesagtes Programm im ersten Anblick
einem pasquill oder famoso libello ähnlich scheinen möchte / in
dem darin Hrn. Doctore Calovio zu Wittenberg unter verdeck-
ten Nahmen allerhand Laster imputiret und ausgesprenget worden /

Siquidem libellus famosus definiri solet scriptura,
qua alteri ad infamiam alicujus vel sub nomine al-
terius, puta ficto, vel alieno, vel sine nomine aliquid
dolose objicitur;

Finckelthaus. Observ. 38. §. 8.
Et suppressionem nominis ad substantiam famo-
si libelli requiri, docet

Carpzov. Pract. Crim. part. 2. q. 98. n. 31.

Et pro famoso libello habetur, quoties is emit-
titur

titur vel absque Autoris veri nomine, vel sub nomine ficto

Nebelkræ Decif. 16. p. 202. versu:

Nec etiam aliàs.

RATIONES DECIDENDI.

Es je dennoch denen Rechten nach eigentlich consideriret / vor kein Pasquill noch famos libell zu halten sey /

Allermåßen (1) daß Rechte Substantial-Stück eines libelli famosi uff ein Crimen famosum seu notabile quod in populum spargitur, cujus poena vel capitalis vel corporalis inflictiva, sich gründet

P. H. Ord. artic. 110. 161.

Wo die mit Wahrheit erfunden würde / daß der geschmähet an seinem Leibe / Leben oder Ehren peinlich gestrafft werden möchte /

Hahn. in Not. ad Wesenb. ff. de Injuriis N. 19. verb. (hoc est, impingit delictum aliquod notabile)

Unde est, quod certi alicujus criminis infimulatio à Doctoribus requiratur;

Meyer in Colleg. Argent. ff. de Injur. §. 41. n. 73.

Et crimen speciale certum & famosum, ut, Latrocinii, cædis, adulterii, &c.

Christinæ. Vol. 4. Decif. 202. n. 16.

Struv. Exercit. 48. n. 67.

Derer sich aber in dem Programmate Laurentiniano festes in forma specifica fi. det

Überdas ist (2) befandt, quod animus injuriandi, quippe qui in omni injuria, & consequenter etiam in famoso libello (utpote injuriæ specie) tanquam formale omnium delictorum commune requiritur

L. Illud 3. ff. §. 1. 2. & 3.

Et L. 4. ff. de Injur. Junct.

L. Di-

L. Divus. ff ad L. Corn. de Sicar.

in eo, qui injuriis provocatus calore iracundiæ aliquid injuriosum dixit, non præsumatur.

Gail. lib. 2. Observ. 100. n. 1.

Scilicet, quia quicquid provocatus facit, ad sui defensionem facere creditur.

Gail. d. l. 2. Observ. 101. n. 4.

Gandin. tr. de malef. & def. reor. n. 5.

Da nun Hr. D. Calovius Herrn D. Calixtum Schl. und andere dessen Lehre folgende / dergestalt wie in facti specie, und denen dabey communicirten notis sub lit. A. enthalten / mit injuriis zu erst angegriffen / und dadurch zu sothanen Programmatis Uhrsach gegeben / so cesiret billig die præsumtio doli & animi injuriandi an seiten des Autoris istius Programmatis.

Za es hat (3) Hr. D. Calovius, in dem das er seine Harmoniam Calixtino - Hæreticam sub nomine fictitio (Huidreich Gottfried) vorhin ausziehen lassen / und also mit dieser Schreibart selbst den anfang gemacht / sich um so viel weniger über das Programma Laurentinianum mit fug zubeschweren.

Arg. Rubr. & t. t. quod quisque juris in alium statuerit &c.

CONFUTATIO DUBIORUM.

Was im übrigen das anfangs movirte dubium belange / so sind zwar Carpzov. Finkelthaus. Nebelkræ, und andere Doctores der meynung /

Quod suppressionem Nominis ad substantiam famosi libelli Jus requirat : allein es ist diese meynung nicht allein Communi DD. opinioni zuwieder /

Carpzov. in Pr. Crim. q. 98. n. 24. suprad. part. 2. sondern auch ohne grund und irrig / uti satis manifeste probant Hahnus, Meyer, Struv. & alii ad Tit. ff. de Injur.



RESPONSUM
INCLYTI ORDINIS ICTORUM

IN ACADEMIA KILONIENSI

Als Uns Decano, Seniori, und anderen Doctoribus
der Juristen Facultät bey der Hochfürstl. Holsternischen
Universität zum Kiel/zurückkommendes sub nomine Lau-
rentii Laurentini dem Caloviano Programmati opposirtes
Programma, nebst einer Beylage sub lit. A. Numm. 1. 2. von
Aurelio Probo zugesand / und ob das Programma Lauren-
tianum in reiflicher erwegung aller eintreffenden umständen pro
famoso libello zu halten / unser Rechtliches bedencken begehret wor-
den / demnach haben Wir alles mit Fleiß verlesen / reiflich und
wol erwogen / berichten darauff für Recht / Das obgemeltes
Programma gestaltten Sachen nach pro Famoso Libello mit
nichten zu halten. Dann () ist der Rechtsgelahrten einhelliger
Schluß / quod omnia Scripta injuriosa, aculeata, pro famo-
sis libellis non habeantur; est enim distinctio observanda
inter injuriam scriptam, & famosum libellum: omnis
quidem Libellus famosus est injuria scripta, non ve-
ro omnis injuria scripta est Famosus Libellus. Famo-
sus libellus est scriptura imputans alicui crimen publicum;

P. H. D. artic. 110.

Verbis: Welcher jemand Laster und übel durch Schmä-
= brieffe zumißt / wo die mit Wahrheit erfunden würden
= daß der geschmähete an seinem Leibe / Leben / oder Eh-
= ren peinlich gestrafft werden möchte. Gibt also keine
= schließliche folge / Scripta hodierna nonnullorum Theolo-
= gorum sunt injuriosa E. pro Famosis Libellis habenda.

Brunne-

Brunneman ad l. 9. §. 6. 7. ff. de Injur. & Famo-
sis Libellis.

Zum (2) ist das Programm Laurentianum kein Inju-
riosum Scriptum, zumalen D. Abraham Calovius, Professor
Theologiæ zu Wittenberg/ den Seeligen in Gott ruhenden Her-
ren D. Georgium Calixtum Weyl. Hochverdienten Professo-
rem Primarium zu Helmstädt in publicis Scriptis auff's
Schimpflichste tractiret / unter so vielen aufflagen / und Deynah-
men / bald Pseudonymum Professorem Lutheranium, bald
Julianum, und Dictatorem Julianum, Ja Antichristum Ju-
lianum, Idololatriæ Turcicæ, Judaicæ, & Papisticæ Ad-
vocatum, Syncretistam, Daduchum Novatorum genennet/
und ob wol von Herren Vice-Rectore und sämplichen Profes-
soribus der löblichen Julius Universität in zwo Schrifften (1)
in der Pietate Academiae Juliæ, Programme Publico
adversus improbas & iniquas calumnias, cum aliorum
quorundam, tum D. Ægidij Strauchij asserta Anno 1668,
(2) und in der Fürstl. Julius Universität zu Helmstädt selbigen
Jahres getrückten Schutz-Rede D. Calovio contradiciret / in
meynung / denselben durch die beschehene remonstration zu bessern
Gedanken zu bringen / so hat dennoch solches alles / weniger denn
nichts / verfangen wollen / sondern ist D. Calovius mit gar heß-
lichen epithetis, v. g. excrementis Diaboli, Sordibus Calix-
tinis, Babelismis, Samaritanismis &c. wieder loß gangen/
die Helmstädtische Herren Ictos, Medicos und Philosophos, so
wol / als die Theologos für Syncretisten in Publica Dispu-
tatione kurz verrückter zeit ausgeruffen / womit der pruritus li-
tigandi noch nicht erloschen / sondern mehrgemelter D. Calovius
abgewichenen Sommer ein Programm zu Wittenberg publi-
ciret / in welchem er den seel. Herrn D. Calixtum einen Novato-
rem perniciosum genennet / dessen Epitomen Theologiæ,
wie auch des Herrn D. Joachimi Hildebrandi, Ober-Super-
inten-

intendenten im Herzogthum Lüneburg zu Zell / Institutiones
Theologicas scharff durchgezogen und die Jugend dafür gewar-
net. Ist also D. Calovius pro autore rixæ nicht unbillig zu
halten / welcher mit seiner herben art zu reden das Program-
ma gleichsam extorquirt ; cum ei qui provocat, & rixam
movet, sit proposita poena ; illi vero, qui se defendit, nulla
poena constituta ; & alias regulariter damnum, quod quis
culpa sua sentit, sentire non intelligatur.

l. 203. ff. de Reg. Juris.

Muß also D. Calovius, weil er geschrieben / wie er
gewolt / auch hören was Ihme vielleicht nicht angenehm.

Lutherus Tom. 2. Germ. Jenens.

Fol. 135. & Tom. 6. Wittenberg.

Fol. 418. & Tom. 12. Wittenberg.

Fol. 248. quæ loca citat Georg.

Mundus volum. 1. conf. 23. n. 262.

(3) Ist in denen gemeinen beschriebenen Rechten wol versehen/
quod ex Libello famoso, aut aliâ injuriâ nemo tenea-
tur, nisi de ejus dolo, & animo injuriandi, ac diffaman-
di constet.

l. 5. §. 9. ff. de Injuriis l. 5. Cod. Eod.

quia animus injuriandi fundamentum injuriæ est ;

Gail. lib. 2. Observat. 99. n. 5. Mynsing.

dec. 6. Resp. 51. n. 11. & dec. 7. Resp.

74. num. 6.

Nec in crimine injuriarum lata culpa dolo æquipa-
ratur.

Baldus lib. 5. Conf. 277. num. 2. Mevius

ad Jus Lubec. lib. 4. Tit. 4. Artic. 1. num. 4.

Joh. Vincent. Honded. Vol. 1. pag. 6. Consult.

F

112. num.

112. num. 21. & seqq. Georg. Mundius

Volum 1. Conf. 4. num. 32.

Nec præsumitur Dolus in casu dubio, quando alia potest sumi conjectura.

Nun stehet ab der in fine Programmatis angehengten Clausul, verb: Vos valete, Juvenes, & à calente isto affectuum mancipio, ac fordibus ejus Vobis cavete; mehr denn Sonnen klar zu tage/daß von dem Autore das Programm nicht dolo malo oder animo injuriandi, sondern amore publici boni & veritatis, damit die studirende Jugend nicht möchte irre gemacht werden/auch folglich deß in Gott ruhenden Herren D. Calixti und Herrn D. Hildebrandi unschuld zurethen dem Programmati Caloviano sey opponiret. Ist also kein bündiger Schluß: Autor Programmatis hat amore Publici boni seine Zuhörer sich für dergleichen affecten zu hüten vermahnet / E. ist soches dolo malo, & animo injuriandi geschehen / und das Programm pro Famoso libello zu halten. Nec viri prudentes injuriam committunt, si vel necessitate, vel utilitate impellente duriore responsione utantur.

Dd. quos refert Cothman. Vol. 5.

Resp. 17. n. 85. Vol. 3. Conf. 27. n. 35.

Zum (4) hat der Laurentius Laurentinus in dem Programme mehrentheils eben die redensart/welche D. Calovius wieder seel. Herrn D. Calixtum und andere fürnehme Theologos gebraucher / oder deren in Pietate Academiae Juliae enthaltenen Formalien sich bedienet / daher das Programm für eine Defension und ablehnungs-schriffi illatarum injuriarum zu halten. Ignoscendum vero est ei, qui voluit se ulcisci provocatus.

l. 14. §.

l. 14. §. 6. ff. de Bonis liber:

Mevius p. 9. decis. 202.

Et est extra culpam, qui non eo animo fecit, ut no-
ceat alteri, sed ne sibi noceat;

l. 2. §. 9. ff. de aqua pluv. vid. Gail.

lib. 2. observat 100. Mynsing. cent. 5.

Observ. 17. Et concludit D. Thomas

secunda secundæ quæst. 108. artic. 1.

Vindictam non aliter esse illicitam, quam si princi-
paliter intendatur malum illius, de quo vindicta sumitur.
Hinc inquit

Divus Augustinus in libro de Vita

Clericorum,

duo Nobis esse necessaria, Conscientiam, & Famam: Con-
scientiam nostri solius causa, Famam proximi.

D. Hieronymus contra Ruffinum:

Responde, inquit, criminanti, ne si tacueris, con-
sensisse videaris. Et statuunt Jcti, esse hominem crudelem,
qui Honorem, Famam, & Dignitatem suam negligit, confi-
dens suæ conscientia;

Cap. Non sunt audiendi 11. qv. 3. cap. Nolo 12.

Qv. 1. Geor. Mundius Vol. 1. Conf. 23. n.

219. & seqq. & Vol. 2. Conf. 7. num. 102.

Aus welchen uhrsachen der Autor Programmatis nicht
ohnbillig bewogen / Dignitatem & honorem Beati Calixti,
& aliorum Theologorum zu defendiren. (5) Hat D. Calo-
vius vor einer Jahres frist sub conficto nomine eine also
rubricirte Harmoniam Calixtino-Hæreticam ediret / und sich
uff dero überschrifft **Suldreich Gottfriedt** genennet / wel-
ches scriptum gleichfals mit vielen herben clausulen ist ange-

füllet. Severus Imperator narratur in ore habuisse nobi-
lem hanc sententiam à Christianis, aut à Judæis acceptam:
Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris;

Grotius in annotat. in lib. Evang.

Matth. cap. 7. v. 12. p. 163.

Also w. rd derselbe um so viel weniger das Program-
ma Laurentinianum mit bestande Rechtens ex capite Fa-
mosi libelli impugniren können. *Æquisimum enim est id
quod Mimus dixit:*

Ab alio expectes, alteri quod feceris.

Grotius d. loco.

**Wiedrigen fals dessen Harmonia Calixtino-Hæretica
mit gleichem prædicat zubelegen.**

l. i. ff. Quod quisque Juris in alt. stat.

Et Jus, quod dici sibi quis optat, etiam contra se su-
bire æquisimum est.

Jacob Philipp. part. Conf. 17. num. 13.

Decianus Volum. 2. Conf. 2. num. 96.

qui hoc testimoniis Sacrae Scripturae illustrat;

Thomas Merckelb. in Conf. Klokken

Tom. 1. Conf. 48. num. 55. & seqq.

B. N. W.



Das dieß Responsum denen hieben zurück-
kommenden Actis, und Rechten gemäß / be-
kennen Decanus, Senior, und sämpliche
Doctores der Juristen Facultät bey der Hoch-
fürstl. Holsteinischen Universität daselbsten.
Vhrkundlich dero Facultät hieneben ge-
druckten Insiegels. Kiel den 21. Nov. 1678.

Videt

45

Videt Lector æquus, consultissimos illos Justitiæ Sacerdotes decernere, & ex Jure liquido demonstrare, Programma Laurentinianum *nequaquam Libellum famosum*, imo ne quidem *scriptum injuriosum*, sed Apologiam esse, qua magni Viri defendantur, & illatæ ipsis injuriæ retundantur; *Calovium* autem *injurias intulisse*, & pro *autore rixæ* habendum, ejusque in vado positam Harmoniam Calixtino - Hæreticam secundum ipsiusmet hypothesin *libellum esse famosum*. Non Laurentinum igitur, quippe insontem & innocentiae defensorem, sed Calovium pœnam, eamque acerbam, promeruisse, quivis prudens & recti amans arbitrabitur. De cætero horrendorum convitiorum, & injuriarum turpissimarum egeriem illam, qua Calovius in *Ψευδωνύμοις* Vindiciis suis Laurentinum commaculare fategit, ut, quod eum *dæmonem, dæmonem malum, diabolum, à diabolo agitatum*, & quem *integra legio dæmonum occupavit*, *asinum* item *Cumanum*, *sycophantam pessimum*, *atram avem*, *hominem impurum*, *lupum hæreticum*, *filium tenebrarum*, impie ac mendaciter appellat, & reliqua convitia Satanica ac nomina criminosa, Theologo & Ecclesiaste indignissima, ac in neminem magis quam autorem suum quadrantia, neminem etiam præter autorem suum inquinantia, ea inquam omnia, nullo excepto, Laurentini nomine Calovio solemniter remitto, ut iis tanquam proprio ac consveto fursure suo se saginet, eaq; in viscera sua abscondat. Atque audi, mi Lector! Quod Laurentinus veritatis amore perhibuit, grandia & vasta Calovii volumina Calixtinæ Epitome comparanda non esse, & in solâ hujus præfatione plus

ne plus eruditionis haberi quàm in universo ipsius Sy-
 stemate, eam ob causam Laurentinus homini huic *Dæ-*
mon, & Dæmon malus, & Diabolus, aut à Diabolo agi-
tatus dicitur. Et causa, cur ille isti *asinus Cumanus* audit,
 hæc est, quia Virum Dei & Theologorum ocellum,
 τὸν πρῶτον DN. D. JOHANNEM MUSÆUM, Theologum
 Jenensem ἐξοχικῶς ita vocandum esse scripsit. Egregiæ
 profecto tantarum criminationum causæ. Sed Calovi-
 anum istum ruditum, & phlegethonteum illud hominis
 improbi ac impuri murmur facile spernit Laurentinus,
 & Deum mecum ex animo precatur, ut sanam Calovio
 mentem reddat, *reprobo*

*Ne traditus sic sensui
 Calumniarum Principis
 Pœnam luat tristissimam.*

F I N I S.



D. URBA-

D. URBANUS REGIUS

apud Selneccerum in

Recitationib. pag. 323.

Talis ac tantus est Theologus Lutherus, & cum eo Calixtus, ut nulla secula habuerint similem. Hoc magis execror stultitiam & arrogantiam Carlstadianorum (Calovii & Calovianorum) qui sibi placent, quasi Luthero (Calixto) queant conferri, cujus umbram non assequuntur cum omni eruditione, quam jactant. Major est Lutherus (Calixtus) quam ut à quovis sciolo debeat aut possit judicari.

Ibid. pag. 328.

Japeti de stirpe satum Doctore Luthero (Calixto)

Majorem nobis nulla propago dedit.



D. BILFELD'S REGIST.

1850

1851

1852

1853

1854

1855

1856

1857

1858

1859

1860





AURELIUS PROBUS
ÆQUO ET PRUDENTI
LECTORI SALUTEM.

Posteaquam JURIDICA de *Programmate Laurentiniano*
RESPONSA typis exscripta essent, vidi forte fortuna apud
Amicum alastoris & mastigiæ cujusdam turpissimi, qui se
DANIELEM GUSTAVUM HOLSATUM, nuncupavit, terram &
in stabulo ac sterquilinio Beelzebubicæ nequitia compositam Episto-
lam, qua scelus istud & monstrum informe *Ductoris sui & Doctoris*
Diaboli impulsu (agnoscat sua) laxatis omnibus improbitatis nervis
maledictos serpentini capitis sui dentes Laurentino infixit, vel poti-
us infigere voluit. Voluit, inquam: quî enim Asinus iste Cumanus
(dictio est Caloviana) quî stentor & phantasta levisissimus (*Διάβολον*
dicere deberem, si Calovii & satellitis ejus, Danielis, pietati studerem)
Laurentium Laurentinum læderet? & quur hic scabiosi istius canis
ac insani Cretensis latratum & maledicta moraretur? An vel calci-
trantem asinum, vel grunniens verrem in judicium vocaret, aut
è rostris & in tribunali ageret adversus volucem obscœnam? Vir
bonus nebulonis vituperia, & vir gravis phantastæ indocti & ineptien-
tis deliramenta merito spernit & ridet. Nec enim virtus calumniis
& mendaciis insulsi ardelionis fœdari potest. Fuste ergo flagrisque
abigendus fœtens & petulcus iste hœdus Gustavus, quem Cretensem
esse credo, Holsatum esse, non credo: nemo enim Cimbricæ gentis
immortale Holsatiæ decus & gloriam *GEORGIUM CALIXTUM*,
τὸν μακαρίτην, in gratiam Calovii vilipendet, quod famosâ tamen
charta sua noster fecit Cacus, certè haud dignus qui alicui è fa-
miliâ Calixtinâ *calceorum* vel *solvat ligamenta*, vel pulverem abster-
gat. Quanti autem in Holsatia Calovius & Caloviani pulli ac sputi-
lingi

*

lingi fiant, & quanti contra CALIXTUS, testari Kiloniense RESPON-
 SUM potest. Quicquid sit, recipiat lingatque *homo phreneticus* (ad-
 dere deberem; *in quo plenitudo Diaboli habitat*; si detestandam sacer-
 rimi nebulonis hujus impietatem & nequitiam, stygiosque boatus, &
 bullientem tartareâ mephiti linguam imitarer) malè sani & hellebo-
 ro indigi cerebri sui egeriem: nam qualem Laurentinum esse proli-
 xe mentitur Creticum istud propudium, tale profecto ipsummet o-
 mni jure censetur, nempe *homuncio maleferiatus* [convitia flagiti-
 osæ bestiae repeto] *Orbilus mente destitutus*, *Arcadicarum pecudum*
Magister Pastorque & Inspector, *truncus quadratus*, *sycephanta pes-*
simus, *calumniator famosus*, *reprobus nugator*, *Halapanta* & *Halo-*
phanta *Plantinus* atque *asininus*, *plagiarius vanissimus*, *semidoctus*
Theologaster, & *adhuc docendus Doctorculus*, *maledicus Scriptura tirun-*
culus, *veritatisque furunculus*, *asininâ stupiditate laborans caput* &c.
 paucis; SCURRA impius ac impurus, & PHANTASTA rudis ac
 rudens, Depositorum Academicorum versiculo: *Knollum Knollabo*,
Knollandum Knollificabo: merito substernendus. Sic cum auctario re-
 dit ad dominum, verberonem nequissimum (cujus vox nunquam
 non asinum aut bovem sonat) quod fuit ante suum. Sed & reliqua
 convitia ad unum omnia, quæ *intra diabolicum pectus suum probe*
decoxit [locutio est profani nostri, criminatoris] & quicquid in uni-
 versum Cumanâ suâ musicâ, hoc est, ineptâ & stultiloquâ Epistolâ
 adversus Laurentinum, bacchantium more, deliravit, recipiat lac
 resorbeat pecus germenque Arcadicum & prodigium Creti-
 cum Daniel Gustavus. Mihi certe, cum truculentum & rusticum
 spurcissimi stolidissimique erronei quaternionem legissem, in mentem
 veniebat distichi:

Ecce rudens rauco Sileni vector Asellus [Gustavus]

Intempestivos edidit ore sonos.

Ac certum sane est, nullum asinum nec Cumis, nec in Arca-
 dia, imo nullum ab orbe condito æque importune & enormiter ru-
 disse, præter Gustavum, *stramineo proinde ferto*, uti meretur, co-
 ronandum, & exuviis leporinis ac simiarum amicum. Sed
 Laurentini tamen pueris [quos phantasta appellat] stercoream hanc
 impuræ belluæ epistolam ostendendam esse rebar, qui cum accepis-
 sent, reprehendi à Gustavo Laurentinum, quod Programmate suo
 CRASTINI DIE scripsisset pro CRASTINO DIE, cuncti, edito ca-
 chinno,

chinno, Sus, ajebant, Minervam, Gustavus Laurentinum, pudentiam
Gustavi ignorantiam mirati. Et quia lepidus ille lepusculus Hala-
pantam Plautinum memoraverat, mox alii producto Plauto è Mostel-
laria clare lectitabant ista:

Act. 4. Sc. 3
I. V. 25, 26.

Hoc DIE CRASTINI cum herus resciverit,

Mane castigabit eos bubulis exuviis:

Quas exuvias scapulis consecrabant Gustavi. Alii allegabant
ex Menæchmis: Ergo nunc jam

Act. 5. scen.
9. v. 93.
94.

Vis conclamari auctorem fore? quo die? DIE SEPTIMI.

Nonnulli ex Persa:

Dedit argentum: nam ibi mercatum dixit esse DIE SEPTIMI.

Act. 2. Sc. 3.

v. 8.

Quidam Gellium citabant, qui libro 9. c. 24. doceret, elegantius
olim locutos dixisse, die pristini, DIE CRASTINI, die quarti, die
quinti, die noni, die proximi. Alii auctores alios. Intervenibat
forte tertiæ Classis Præceptor, & re, de qua agebatur, intellecta, sub-
latis virgis altum clamabat: *Heus Domine Daniel Gustave, solve ligu-
las!* ut dignam feras tam puerilis inscitiae poenam: *flagellum enim in-
domito equo, frenumque asino, & virga tergo ac lumbis stulti indocti debe-
tur*, Prov. 26. c. v. 3. Deus tibi *Bacchæ Bacchanti & muricido morologo,
cerritoque scurræ* (en phrases Plautinas) tibi, inquam, Gustave furcifer,
posthac sanam mentem: nam *homo nullus est te scelestior qui vivat
hodie*, ut iterum cum Plauto loquar: atque ne non mentem sanam
assequaris, age *morticine*, evolvito B. Lutheri tomum 2. Jenensem
Germ. ubi fol. 266. imago tui accuratè exsculpta prostat, in qua
quàm optime poteris ingenium tuum contueri, & ex eadem corri-
gere. Ni correxeris & tecum habitaveris, Simia, erit ut aliquis
puerorum Laurentini [cum his enim deinceps committeris] Dra-
ma è Plauti *Asinaria* collectum & in te scriptum edat, cujus titulus:
ΟΝΟΚΕΦΑΛΟΣ, hoc est, GUSTAVUS RUDENS: quo non solum
secundum Prædicamentorum, verum etiam literarum Alphabeti se-
riem scitissime depingeris. Finio verbis Theologorum Württemberg-
gensium, scripto contra Jesuitam Georgium Schererum: *Gefällt die-
ser Bericht und Bescheid dem Scherer Esauiter, dem Daniel Gustav,
nicht / so mag er auff das Grau Thierlein sitzen / sich an desselben lan-
gen Ohren heben / jedoch das arme Thierlein mit den Sporen nicht al-
zu hart anhauen / damit es nicht gumpe / und ihn mit dem Kopff ins
Kohrt niedersetz.* Aut si placet *extrito nostro vitilitigatori*, finiam
verbis

verbis Lutheri : Fahr schon / Liebes Paulichen / liebes Gustavichen / lieber
Esel lecke nit / Allerliebste Eselein thu es nicht mehr / dann das eyß ist
dis Jahr sehr glot gefroren / weil der Wind still ist gewesen / du möchtest
fallen und ein Bein brechen / wo dir dan im fallen ein &c entführe / so
würde doch alle Welt dein lachen und sagen : Ey psui / Teuffel / wie hat
sich der Esel Gustav besch.

Hæc hæcenus tibi, Gustave bubale, improbitati tuæ & nequitia stul-
titiæq; accommodata. Respondendum enim stulto fuit secundum stul-
titiæ suam. Imposterum pueri Laurentini tecum agent. Cave, svadeo,
ne in calamos eorum incidas, atque inde arenam fuge, in quam te
descendisse stultè gloriaris: Suum enim & Asinorum non est in are-
nam, verum in haram & molam descendere. Sed ecce, capitalis
negotii, ad te quam maxime pertinentis, prope fuissem oblitus. Est
autem istud: Si scire aveas, Gust - Affe, quid ferinâ tuâ, à Cerbero
tibi dictatâ & inspiratâ epistolâ merueris, Lipsiam aut Wittebergam
consultum vade, ubi non sine horrore & trepidatione audies, scri-
ptum istud tuum esse *famosum*, atque inde *maculandum* tibi
corpus totum maculis luridis. Capisne hoc Plauti? Non capis: dicam
explanatius: Virgis te publice molliendum & macerandum esse. Ac
vide, ne, si perrexeris quæ vis loqui, te præterea

atra pix agitet apud carnificem, tuoque capiti illuceat.

Quo, itiden Plautino, [quia Plautum, quem non legisti, ridicu-
lè crepas] te Halapantam Militemque Gloriosum dimitto, & pri-
mum sapere, deinde etiam valere opto.







Kp 4244₂


ULB Halle
005 712 882

3



WMA





B.I.G.

Farbkarte #13

23.

RESPONSA
 DUARUM INCLYTARUM
 FACULTATUM
 JURIDICARUM,
 ET
 DOMINI PRIMARII JURISCONSULTI
 DE
 PROGRAMMATE
 LAURENTII LAURENTINI,
quod is vindicanda fama ac innocentie
Magnorum & celeberrimorum Theologorum
 D. GEORGII CALIXTI
 ET
 D. JOACHIMI HILDEBRANDI,
Maledico ac injurioso
 D. ABRAHAMI CALOVII
 PROGRAMMATE
opposit.
 Programma Laurentinianum ipsum, & inseri-
 ptoria ad laudatas Facultates Juridicas,
 cum *Indice Calumniarum* Calovii.
 HASTADI, Sumptibus PAULI ZEISINGII
 Bibliopol. Helmstadiensis, Anno M DC LXXIX.

